

- debuissent poni mercaciones predictae et in quanta quantitate, de qua plaza siue loco ipsi ducha et consiliarij nos informent. Et si casus occurreret quod dicte mercaciones conducerebuntur Venecias, ante aduentum dictarum galearum ordinetur ex nunc, quod grane statim dentur et assignentur mercatoribus quorum
- 15 erunt. Omnes uero alie mercaciones in nauibus uel nauigijs in quibus erunt debeant presentari extraordinarijs, qui teneantur sub bonis clauibus et sigilo ipsis poni facere in magasenjs et non assignare alicui mercatorum quorum erunt, nisi quatuor diebus post aduentum galearum predictarum Venecias. Et si quis contrafecerit, cadat de L pro centenario ualoris mercacionum in suis bonis proprijs.
- 20 Et committatur extraordinarijs quod inquirent de contrafacientibus et penas exigant habentes partem ipsarum ut de alijs sui officij. Et si consilium etc. de
- 22 parte omnes.

49

F^o 121^{to} Ὁ Μάρκος de Ripa τοῦ Νικολάου καλεῖται νὰ ἀποδείξῃ ἐνώπιον τῶν Γερουσιαστῶν τοὺς τίτλους τοῦ ἐπὶ τοῦ τιμαρίου του ἐν Κρήτῃ.
Οἱ τίτλοι εὐρέθησαν ἐν τάξει. 1371, Ἰουλίου 7.

50

Ἐπὶ αἰτήσεως Τζανάκη Πιτζόλου, περὶ δημευθέντος τιμαρίου του κατὰ τὴν ἐπανάστασιν. Ἡ Γερουσία συμφώνως τῇ γνώμῃ τῶν σοφῶν ἐπὶ τῶν ὑποθέσεων Κρήτης, ἀποφαίνεται νὰ ἀποδοθῇ τὸ τιμᾶριον ἐλεύθερον εἰς τὸν Τζανάκην Πιτζόλον καὶ τὴν ἀδελφὴν του. 1371, Ἰουλίου 6.

F^o 121^{to} Millesimo trecentesimo LXXI, die VI Julij.

- Capta. Cum ducali dominio porrecta fuerit peticio infrascripti tenoris uidelicet; Ducali Excellencie suoque honorabili et sapienti consilio supplicat reuerenter Zanachius Pizolo orfanus et pupillus, qui cum pater eius uidelicet Zanachius Pizolo olim feudatus uester decesserit ante rebellionem Crete et remanserit pupillus cum quaddam eius sorore prout est manifestum, et tempore rebellionis predictae ipse puerulus remanserit cum eius matre ad seruentariam suam de Corio et per dominum Andream Geno olim prouisorem in Rethimo fuerit facta proclamacio quod omnes Latini deberent uenire Rethimum uel ad alia loca dominationis, cui proclamacioni obedire non uoluit, quoniam ad huc ire nesciebat, quia erat puerulus annorum v sed soror sua predicta se reduxit ad Millipotamum, ubi stetit donec pax facta fuit. Et loca sua predicta Zanachij missa fuerint simul cum locis rebellium, et dicta soror sua cui reseruata est medietas nupserit et suum intromissum et acceptum sit contra omnem rationem cum non fuerit culpabilis, quia pupili absoluuntur ab omni uinculo peccatorum nec sententiatus prout sciri potest a domino Andrea Geno predicto, dignetur uestrum dominium
- 5
- 10
- 15

